P. CORNELII TACITI

GERMANIA.

MET AANTEEKENINGEN VOORZIEN

DOOR

DR. J. W. VAN ROOIJEN,
LEERAAR AAN HET GYMNASIUM TE ZUTPHEN.

P. NOORDHOFF. — 1916. — GRONINGEN.

INLEIDING.

Het is zeer zeker een merkwaardig en bevreemdend feit, dat ons over de persoon van den Romeinschen geschiedschrijver Tacitus zoo weinig nauwkeurige bijzonderheden bekend zijn. Noch zijn geboorte-, noch zijn sterfjaar staat vast. Zelfs zijn voornaam wordt ons verschillend overgeleverd, sommige handschriften toch noemen hem Publius Cornelius Tacitus, andere daarentegen spreken over een Cajus.

Men neemt gewoonlijk aan, dat Tacitus omstreeks het jaar 54 n. C. is geboren, waar, is wederom onbekend; zijn vader behoorde tot den ordo equester; Plinius de Oudere spreekt over een Cornelius Tacitus, die procurator over de provincie Belgica was; wat de tijdrekening betreft, zou deze de vader van den geschiedschrijver kunnen zijn.

In zijn jeugd oefende hij zich volgens de gewoonte dier dagen ijverig in de rhetoriek en wel onder M. Aper en Julius Secundus. In het jaar 77 huwde hij de dochter van Cn. Julius Agricola, den bekenden stadhouder van Britannia.

Wat zijn politieke loopbaan betreft, hierover spreekt hij zelf, maar in zulke vage bewoordingen, dat ons alleen gissingen overblijven. Hij zegt toch [1]: „dignitatem nostram a Vespasiano incohatam, a Tito auctam, a Domitiano provectam, non abnuerim"; welke echter het ambt was dat hij onder Vespasianus bekleedde, is niet geheel zeker; de uitdrukking: „dignitatem auctam" is naar men gewoonlijk aanneemt een aanduiding voor het bekleeden der quaestuur.

Wel weten wij dat hij in het jaar 88 zoowel de praetuur

[1]) Hist. I, 1, 13.

bekleedde alsook behoorde tot het college der XV viri sacris faciundis; in deze dubbele functie nam hij deel aan de ludi saeculares van datzelfde jaar. Kort na zijn praetuur heeft Tacitus Rome voor eenige jaren verlaten; toen zijn schoonvader Agricola in 93 stierf, was hij tenminste niet in de stad, waarschijnlijk bekleedde hij in een provincie het ambt van propaetor. Hoewel hij spoedig na den dood van Agricola in Rome terugkeerde, hield hij zich op den achtergrond. In het jaar 97 eerst verwierf hij zich onder Nerva het consulaat en hield in dat jaar de lijkrede op zijn voorganger Virginius Rufus, door wien Vindex verslagen was; toen men hem de keizerskroon had aangeboden, had hij deze van de hand gewezen.

Men neemt gewoonlijk aan dat de Dialogus de Oratoribus het eerste geschrift van Tacitus is geweest, vóór het jaar 98 n. C. vervaardigd. In dat jaar werd het tweede werk van hem uitgegeven de „Agricola" (De Vita et Moribus Cn. Julii Agricolae), een levensbeschrijving van en een lofrede op zijn schoonvader, tevens een uitweiding over diens veldtochten in Brittannië en een beschrijving van dat land bevattende.

In datzelfde jaar verscheen zijn derde geschrift, gewoonlijk kortweg „Germania" geheeten, ook bekend onder den titel van: „De Origine et Situ Germanorum" of „De Origine et Moribus Germanorum".

Welk doel heeft de groote geschiedschrijver met het vervaardigen van dit geschrift gehad?

Over deze quaestie zijn de meeningen zeer verschillend. Geruimen tijd geloofde men, dat Tacitus dit werk had vervaardigd om de reine, onbedorven zeden van de eenvoudige Germanen scherp te doen uitkomen tegenover de ontaarding der wereldstad Rome. Het is niet te loochenen, dat verschillende plaatsen in de Germania werkelijk op zulk een bedoeling wijzen, maar daartegenover staat dat de uitgebreide geografische en ethnografische bijzonderheden in dat geval vrijwel overbodig waren geweest. Hierbij komt nog dat Tacitus geenszins blind is voor de ondeugden van de Germanen en voor deze dan ook onbewimpeld uitkomt. Zou hij dit gedaan hebben als het zijn doel was geweest de Germaansche zeden tegenover die van Rome te stellen?

Een andere opvatting is dat de Germania te beschouwen is als een politieke brochure; over de bedoeling zelf zijn de opinies verdeeld. Sommigen gelooven, dat het boekje is geschreven, om de geheele onderwerping van Germanië, waarvan de meest oorlogszuchtigen in Rome droomden, als een buitengewoon moeilijke, ja haast onuitvoerbare taak voor te stellen; het geschrift zou dan gediend hebben om Trajanus, die zoo juist het bewind had aanvaard, bij het publiek reeds bij voorbaat te verontschuldigen, als hij die taak niet ten uitvoer bracht.

Weer anderen en onder hen voornamelijk Karl Müllenhoff, ontkennen weliswaar niet, dat het werk een politieke brochure is, maar vermoeden dat deze vervaardigd is om de inwoners van Rome over de langdurige afwezigheid van Trajanus gerust te stellen en hen te onderrichten, dat de beveiliging der Germaansche grenzen, waarmede Trajanus zich bezig hield, geenszins een geringe taak was en men dus geduld moest oefenen. In verband hiermede citeert Müllenhoff nog 2 gedichten van Martialis (X 6 en 7), waaruit het verlangen van Rome's burgerij naar den nieuwen heerscher blijkt.

Als dit werkelijk het doel van Tacitus is geweest, waarom heeft hij dit dan niet in het begin van zijn werk verklaard? Men zou tevens in dit geval verwacht hebben, dat deze gedachte in het geheele geschrift zou zijn uitgewerkt en doorgevoerd, hiervan bemerken wij echter niets.

Indien wij verder den inhoud van de Germania beschouwen, krijgen wij in het geheel niet den indruk van een brochure, die binnen korten tijd is vervaardigd, integendeel, het geheele werk geeft blijk van een grondige en langdurige studie van de stof, die hij voor zijn ontwerp noodig achtte. Het is dus waarschijnlijk dat Tacitus reeds geruimen tijd te voren het plan heeft gehad die verschillende landen en volken te beschrijven.

Het zou natuurlijk mogelijk zijn, dat de afwezigheid van Trajanus zijn plan van uitgave heeft verhaast, omdat aller oogen in dien tijd op Germanië gevestigd waren, maar ik schaar mij het liefst aan de zijde van hen, die in de Germania niet een zuiver politiek geschrift zien, doch meer een geografisch-ethnografische studie; in dit geval kunnen wij ons de uitgebreide behandeling van het onderwerp verklaren.

Wat de indeeling der stof betreft, wij kunnen deze splitsen in een

I. *Algemeen gedeelte* (c. 1—27): De origine, situ, moribus Germanorum en wel:

α. De Origine et Situ Germanorum (c. 1—5).

β. De Moribus Germanorum (c. 6—27), waarbij hij eerst het *openbare leven* behandelt (c. 6—15) en daarna het *particuliere leven* (c. 16—27) en een

II. *Bijzonder gedeelte*: De populis Germanorum (c. 28—46) en wel:

α. Grensvolken in het Westen (c. 28 en 29).

β. West-Germanen (c. 30—33).

γ. Noord-West-Germanen (c. 34—37).

δ. Oost-Germanen (c. 38—45).

ε. Het fabelachtige Noorden (c. 46).

Voor den tekst volgde ik bijna geheel de uitgave van G. Andresen. Voor den commentaar raadpleegde ik de uitgaven van Wolff, Michaelis, Schwyzer, Prammer en Kritz.

ZUTPHEN, April 1916. V. R.

P. CORNELII TACITI

DE ORIGINE ET SITU GERMANORUM.

LIBER.

---

1. De grenzen van het land.

I. Germania omnis a Gallis Raetisque et Pannoniis Rheno et Danuvio fluminibus, a Sarmatis Dacisque mutuo metu aut montibus separatur; cetera Oceanus ambit] latos sinus et insularum immensa spatia complectens, nuper cognitis quibusdam gentibus ac regibus, quos bellum aperuit.

Rhenus Raeticarum Alpium inaccesso ac praecipiti vertice ortus modico flexu in occidentem versus septentrionali Oceano

---

I. 1. *omnis*, als een geheel genomen, het vrije Germanië, in tegenstelling met de Rom. provincies Germ. superior en inferior. *Raetia*, in 15 v. C. tot Rom. prov. gemaakt; bevatte het tegenw. Grauwbunderland, Tirol en Opper-Beieren. *Pannonia*, ten Z. v. d. Donau, bevatte een ged. van Hongarije, Slavonië, Bosnië.

2. *Sarmatae*, wonende ongeveer tusschen Weichsel en Don. *Daci*, bew. het Oostelijk deel van Hongarije, Zevenburgen en Roemenië.

3. *montibus*, de Karpathen. *Oceanus*, Noord- en Oostzee. *sinus*, eig. kromming h. l. landtong, landstrook te denken b.v. aan Jutland. *insularum*, hierbij ook Scandinavië te rekenen, dat langen tijd bij de Rom. voor een eiland gold.

4. *immensus*, hier in verzwakte bet. = magnus. *nuper*, zeer rekbaar begrip; men kan denken aan de tochten onder Drusus (12 v. C.), Tiberius (5 v. C.), Germanicus (16 n. C.). *Cognitis . . . regibus*, hier ongeveer een rel. zin = in quibus cogniti sunt . . . reges, maar verklaart tevens de uitgestrektheid der eilanden, vert. men heeft toch . . . .

5. *aperuit*, heeft den toegang ontsloten tot.

6. *Alpes Raeticae*, bedoeld is mons Adula St. Gotthard: Caesar B. G. IV, 10, 3 noemt de Lepontische Alpen. *inaccessus*, ontoegankelijk.

7. *modico flexu*, in het alg. gezegd, met een zwak naar het W. gerichten loop, ziet niet op een bepaalde bocht. *versus*, h. l. participium.

miscetur. Danuvius, molli et clementer edito montis Abnobae iugo effusus, pluris populos adit, donec in Ponticum mare sex meatibus erumpat: septimum os paludibus hauritur.

2. Afstamming der Germanen.

II. Ipsos Germanos indigenas crediderim minimeque aliarum gentium adventibus et hospitiis mixtos, quia nec terra olim sed classibus advehebantur qui mutare sedes quaerebant, et immensus ultra utque sic dixerim adversus Oceanus raris ab orbe nostro navibus aditur. quis porro, praeter periculum horridi et ignoti maris, Asia aut Africa aut Italia relicta Germaniam peteret, informem terris, asperam caelo, tristem cultu aspectuque, nisi si patria sit.

Celebrant carminibus antiquis, quod unum apud illos memoriae et annalium genus est, Tuistonem deum terra editum. ei filium Mannum, originem gentis conditoremque, Manno tris filios assignant, e quorum nominibus proximi Oceano

---

8. *molli*, zacht oploopend. *clementer* = leniter. *mons Abnoba*, later Silva Marciana gen. = het Schwarzwald.

9. *pluris* = complures. *adit*, stroomt langs. *donec*, afwijkend van het klass. Latijn meestal met den Conj. Praes. zonder finale bet. vgl. c. 20, c. 31; met Ind. Perf. c. 37, c. 45; van de voltooide handeling.

10. *meatus*, dicht. = ostium. *septimum os*, Strabo noemt zeven mondingen; Plin. H. N. 4. 79. spreekt over zes; Ephoros over 5. *paludibus hauritur*, loopt uit in moerassen.

II. 1. *ipsos*, in tegenstelling met het land waarvan de grenzen zoo juist zijn aangegeven. *indigenae*, αὐτοχθόνες. *crediderim* = zou ik willen houden, *aliarum gentium*, uit andere stammen.

2. *adventibus et hospitiis*, de aankomst en gastvrije opname. *nec . . . advehebantur*, bij terra aan te vullen adveniebant.

3. *quaerebant* = studebant.

4. *immensus ultra* = ultra orbem nostrum. *ut sic dixerim* = klass. ut ita dicam. *adversus*, zich bevindend op de andere, ons tegenovergestelde zijde van de aarde. *raris* = raro.

5. *praeter*, om niet te spreken van.

6. *Asia aut Africa*, de Rom. provincies van dien naam.

7. *peteret*, potentialis van het verleden. *informem terris*, zonder landelijke schoonheid.

8. *nisi si*, of het moest zijn dat.

9. *celebrant*, n.l. de Germanen. *carmina antiqua*, oude mythische liederen.

10. *memoria et annales*, geschiedkundige overlevering en beschrijving. *Tuisto*, verder niet bekend; vgl. ons twee; een tweeslachtige god.

11. *Mannus*, vgl. man, mensch = de oer-mensch tevens oer-Germaan. *origo*, hier concreet, stamvader.

Ingaevones, medii Herminones, ceteri Istaevones vocentur. quidam, ut in licentia vetustatis, pluris deo ortos plurisque gentis appellationes, Marsos Gambrivios Suebos Vandilios affirmant, eaque vera et antiqua nomina. ceterum Germaniae vocabulum recens et nuper additum, quoniam qui primi Rhenum transgressi Gallos expulerint ac nunc Tungri, tunc Germani vocati sint: ita nationis nomen, non gentis evaluisse paulatim, ut omnes primum a victore ob metum, mox etiam a se ipsis invento nomine Germani vocarentur.

3. Hercules en Ulixes bij de Germanen.

III. Fuisse apud eos et Herculem memorant, primumque omnium virorum fortium ituri in proelia canunt. sunt illis haec quoque carmina, quorum relatu, quem barditum vocant, accendunt animos futuraeque pugnae fortunam ipso cantu augurantur; terrent enim trepidantve, prout sonuit acies, nec tam vocis ille quam virtutis concentus videtur. affectatur praecipue asperitas soni et fractum murmur, obiectis ad os scutis, quo plenior et

---

13. *Ingaevones*, wellicht juister Inguaeones (Plin. N. H. 96, 99) hiertoe behoorden de Frisii, Chauci, bewoners van Jutland. *Herminones*, hiertoe beh. Hermunduri, Semnones, Marcomanni. *Istaevones* of Istuaeones, ten W. van den Wezer,

14. *quidam*, Rom. geleerden. *ut in licentia vetustatis*, zooals dat natuurlijk is bij de vrijheid, die de oudheid geeft, m. a. w. voor de oudste tijden is geen vaste overlevering. *deo*, sc. Manno.

15. *Marsi*, wonende tusschen de Lippe en de Ruhr. *Gambrivii*, stam verder weinig bekend. *Suebi*, nog niet te denken aan den tijd waarop dit volk zich had uitgebreid naar het Zuiden. *Vandilii*, vgl. Vandalen in het O. van Germanië.

16. *eaque vera nomina*, sc. esse.

17. *recens et nuper additum*, sc. esse.

18. *ac nunc Tungri*, aan te vullen vocentur. *Tungri*, naam leeft nog voort in Tongeren.

19. *natio*, h. l. volksstam. *gens*, het geheele volk. *evaluisse*, gebruikelijk worden.

20. *a se ipsis*, te verbinden met vocarentur.

III. 1. *Hercules*, waarschijnlijk vereenzelvigd met Donar. *primum omnium*, sc. eum primum omnium.

2. *haec* = talia.

3. *relatus*, manier van voordragen.

4. *ipso cantu*, uit het gezang alleen.

5. *sonuit acies*, vgl. Hist. IV, 18. 17: ut virorum cantus feminarum ululatu sonuit acies.

6. *asperitas*, rauwheid, schelheid.

7. *fractum murmur*, kort afgebroken gebrom.

gravior vox repercussu intumescat. ceterum et Ulixen quidam opinantur longo illo et fabuloso errore in hunc Oceanum delatum adisse Germaniae terras, Asciburgiumque, quod in ripa Rheni situm hodieque incolitur, ab illo constitutum nominatumque; aram quin etiam Ulixi consecratam adiecto Laertae patris nomine eodem loco olim repertam, monumentaque et tumulos quosdam Graecis litteris inscriptos in confinio Germaniae Raetiaeque adhuc exstare. quae neque confirmare argumentis neque refellere in animo est: ex ingenio suo quisque demat vel addat fidem.

4. Lichaamsgestalte der Germanen.

IV. Ipse eorum opinioni accedo, qui Germaniae populos nullis [aliis] aliarum nationum conubiis infectos propriam et sinceram et tantum sui similem gentem exstitisse arbitrantur. unde habitus quoque corporum, tamquam in tanto hominum numero, idem omnibus: truces et caerulei oculi, rutilae comae, magna corpora et tantum ad impetum valida. laboris atque

---

8. *gravior*, dieper. *ceterum et*, wijzen naar het begin van het caput terug. *Ulixes*, met quidam waarsch. Grieksche of Romeinsche schrijvers bedoeld.

9. *hunc Oceanum*, hic gew. gebr. voor in de nabijheid van Italië; hier om herhaling van ille te vermijden.

10, *Asciburgium*, waarsch. het tegenw. Asberg bij Mörs tusschen Neusz en Xanten.

11. *hodieque* = hodie quoque.

12. *aram .... consecrare*, een gedenksteen oprichten. *Ulixi* = ab Ulixe.

13. *monumentaque et tumulos*, graftomben en grafheuvels.

14. *Graecis litteris*, men kan denken aan teekens uit het Noord-Etruscisch, welke aan het Grieksch alphabet waren ontleend.

16. *ex ingenio*, naar believen.

17. *demere ... fidem*, geloof ontzeggen, *addere fidem* = dare fidem = geloof schenken.

IV. 1. *Ipse*, Tacitus keert terug naar het begin van caput 2.

2. *infectos* = corruptos.

3. *sincerus*, onvervalscht.

4. *tamquam ... numero*, voorzoover dat bij een zoo groote menigte kan uitgemaakt worden. Vgl. Hist. I. 8.

5. *truces*, vgl. Caesar B. G. 1, 39: saepenumero (Gallos et mercatores) cum Germanis congressos ne vultum quidem atque aciem oculorum ferre potuisse. *caerulei oculi*, vgl. Hor. Ep. 16. 7: nec fera caerulea domuit Germania pube. *rutilae comae*, voor den slag verfden de Germ. zich het haar met een soort zeep en kleurstof om de roodgele kleur van het haar nog te verhoogen.

operum non eadem patientia, minimeque sitim aestumque tolerare, frigora atque inediam caelo solove assueverunt.

5. Natuur en producten van Germanië.

V. Terra etsi aliquanto specie differt, in universum tamen aut silvis horrida aut paludibus foeda, humidior qua Gallias, ventosior qua Noricum ac Pannoniam aspicit; satis ferax, frugiferarum arborum impatiens, pecorum fecunda, sed plerumque improcera. ne armentis quidem suus honor aut gloria frontis: numero gaudent, eaeque solae et gratissimae opes sunt. argentum et aurum propitiine an irati dii negaverint dubito. nec tamen affirmaverim nullam Germaniae venam argentum aurumve gignere: quis enim scrutatus est? possessione et usu haud perinde afficiuntur. est videre apud illos argentea vasa legatis et principibus eorum muneri data non in alia vilitate quam quae humo finguntur; quamquam proximi ob usum commerciorum aurum et argentum in pretio habent formasque quasdam nostrae pecuniae agnoscunt atque eligunt: interiores simplicius

---

7. *patientia*, subst. = uithoudingsvermogen. *minime*, in het geheel niet.
8. voor *frigora* te denken: sed; assueverunt bij tolerare, tolerare bij assueverunt te voegen.

V. 1. *specie differt*, in enkele bijzonderheden verschilt; species tegenover in universum, vgl. Cic. de invent. I. 27.
3. *Noricum*, tusschen den Donau en de Alpen. *aspicit*, voor het gew. spectat. *satis* (abl. plur) *ferax*, vgl. Verg. Georg. 2. 222. ferax oleo, graanopleverend, zoo b.v. gerst, tarwe, haver; rogge is het jongste product bij de Germ. geweest.
4. *frugifarum arborum*, de meeste ooftsoorten zijn eerst lang na Tacitus' tijd ingevoerd; de wijnbouw aan de Moezel schijnt in de 2e eeuw reeds gebloeid te hebben. *pecora*, h. l. algemeen = vee. *plerumque*, nog al dikwijls.
5. *improcera*, sc. sunt. *armenta*, runderen. *honor*, sierlijke gedaante. *gloria frontis*, de horens die het voorhoofd sieren.
6. *argentum et aurum*, Ann. 11. 10. 11., vertelt Tac. dat Curtius Rufus „in agro Mattiaco" zilver liet delven, maar dat de opbrengst van de mijn zeer gering was.
8. *affirmaverim*, zou ik voor vast. willen verklaren.
9. *haud perinde*, niet zoozeer (als men zou verwachten bij het ontbreken van beide edele metalen.
10. *afficuntur*, geven om. *est videre*, vgl. ἔστιν ἰδεῖν, men kan zien. Ann. 16. 34. conjectare erat.
11. *muneri data*, nl. door de Romeinen. *non in alia vilitate* = in eadem vilitate, even gering geacht.
12. *quae humo finguntur* = fictilia, aardewerk. *quamquam*, intusschen. *proximi*, nl. bij de Rijn en de Donau. *usus commerciorum*, het levendige handelsverkeer.
13. *forma*, muntsoort.
14. *agnoscunt* = probe norunt. *eligunt*, geven aan deze de voorkeur.

et antiquius permutatione mercium utuntur. pecuniam probant veterem et diu notam, serratos bigatosque. argentum quoque magis quam aurum sequuntur, nulla affectatione animi, sed quia numerus argenteorum facilior usui est promiscua ac vilia mercantibus.

6. Bewapening en strijdwijze.

VI. Ne ferrum quidem superest, sicut ex genere telorum colligitur. rari gladiis aut maioribus lanceis utuntur: hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt angusto et brevi ferro, sed ita acri et ad usum habili, ut eodem telo, prout ratio poscit, vel cominus vel eminus pugnent. et eques quidem scuto frameaque contentus est, pedites et missilia spargunt pluraque singuli, atque in immensum vibrant, nudi aut sagulo leves. nulla cultus iactatio; scuta tantum lectissimis coloribus distinguunt. paucis loricae, vix uni alterive cassis aut galea. equi non forma, non velocitate conspicui. sed nec variare gyros in morem nostrum docentur: in rectum aut uno flexu dextros agunt, ita conjuncto orbe, ut nemo posterior sit. in universum aestimanti plus penes

---

15. *permutatio mercium*, ruilhandel. *probant*, nemen gaarne.
16. (nummi) *serrati*, denarii met gekartelden rand. (nummi) *bigati*, met een tweespan, door Victoria bestuurd als stempel.
17. *sequuntur* = eligunt. *affectatione animi*, uit voorliefde (voor het metaal zelf).
18. *numerus* = magnus numerus. *promiscuus*, gewoon, alledaagsch.

VI. 1. *superest*, overvloedig voorhanden zijn.
2. *colligitur* = men kan opmaken. *rari* = pauci. *lancea*, met lange, breede ijzeren punt. *hasta*, met korte, dunne ijzeren punt.
3. *framea*, door Tac. alleen in de Germania gebr. het wapen der Germanen. *angustus*, smal.
4. *ratio*, strijdwijze.
6. *missilia spargunt*, vgl. Verg. Aen. XII 50: tela ferrumque, spargimus.
7. *in immensum*, zeer ver. *vibrare*, met een zwaai werpen. *sagulo leves*, door hun mantel niet gehinderd. *cultus iactatio*, het pronken met sierlijke wapenen.
8. *scuta*, vgl. Ann. 2. 14: ne scuta quidem ferro nervove firmata, sed viminum textus vel tenues et fucatas colore tabulas. *colores lectissimi*, de schelste kleuren.
9. *cassis*, metalen helm. *galea*, leeren helm.
10. *conspicui* (sunt) = excellunt. *sed nec*, maar ook niet. *variare gyros*, zwenkingen naar alle zijden uitvoeren.
11. *ita conjuncto orbe*, in zoo'n aaneengesloten kring.
12. *in universum aestimanti* (sc. rem.) als men enz.

peditem roboris: eoque mixti proeliantur, apta et congruente ad equestrem pugnam velocitate peditum, quos ex ommi iuventute delectos ante aciem locant. definitur et numerus: centeni ex singulis pagis sunt, idque ipsum inter suos vocantur, et quod primo numerus fuit, iam nomen et honor est. acies per cuneos componitur. cedere loco, dummodo rursus instes, consilii quam formidinis arbitrantur. corpora suorum etiam in dubiis proeliis referunt. scutum reliquisse praecipuum flagitium, nec aut sacris adesse aut concilium inire ignominioso fas, multique superstites bellorum infamiam laqueo finierunt.

7. Aanvoering in den oorlog. Strijdwijze.

VII. Reges ex nobilitate, duces ex virtute sumunt. nec regibus infinita aut libera potestas, et duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione praesunt. ceterum neque animadvertere neque vincire, ne verberare quidem nisi sacerdotibus permissum, non quasi in poenam nec ducis iussu, sed velut deo imperante, quem adesse bellantibus credunt. effigiesque et signa quaedam detracta lucis in

---

13. *eoque* = ideoque. *mixti proeliantur*, vgl. Caesar. B. G. I 48, 4—7 en VII 65. 4: .... equitesque ab his arcessit et levis armaturae pedites, qui inter eos proeliari consuerant.

15. *numerus*, n.l. delectorum peditum.

16. *pagus*, onderafdeeling der civitas = gouw. *idque ipsum*, n.l. centuria.

17. *nomen et honor*, eerenaam. *acies*, hier = de hoofdmassa van het voetvolk.

18. *per cuneos* = bij hoopen, vgl. Hist. IX. 16. *cedere loco*, bij de Rom. de grootste schande.

19. *consilii quam formidinis*, ell. voor consilii (magis) quam formidinis (sc. esse).

20. *praecipuus*, in het latere Latijn in de beteekenis van een superlativus = summus.

21. *sacris adesse* etc., sacra zijn de godsdienstige feesten cf. Caesar. B. G. VI. 13. 6: sacrificiis interdicunt. *concilium*, de landdag. *ignominiosus* = infamis.

22. *superstes*, c. gen. vgl. Ann. 2. 71. 10. bellorum superstitem.

VII. 1. *ex*, geeft hier de maatstaf aan, waardoor zij zich laten leiden. *Reges . . . duces*, de koning is de aangewezen legeraanvoerder; van een dux (hertog) is slechts sprake als er geen koning is, of als meerdere volken zich tot één oorlog vereenigen. *sumunt*, vgl. Hist. 4. 15: impositusque scuto more gentis et sustinentium umeris vibratus dux deligitur.

4. *animadvertere*, h. l. met den dood straffen.

5. *verberare*, de vitis speelde bij de Rom. centurio een gewichtige rol, vgl. Ann. 1. 23, 10.

7. *effigies*, afbeeldingen van dieren de slang b.v. en wolf waren gewijd aan Wodan; de beer en de bok aan Donar, de ram aan Tius enz. *signa*, de attributen der versch. goden, b.v. de hamer van Donar, het zwaard van Tius, vgl. Hist. 4. 22: depromptae silvis lucisque ferarum imagines.

proelium ferunt; quodque praecipuum fortitudinis incitamentum est, non casus nec fortuita conglobatio turmam aut cuneum facit, sed familiae et propinquitates; et in proximo pignora, unde feminarum ululatus audiri, unde vagitus infantium. hi cuique sanctissimi testes, hi maximi laudatores: ad matres, ad conjuges vulnera ferunt: nec illae numerare aut exigere plagas pavent, cibosque et hortamina pugnantibus gestant.

8. Hooge vereering der vrouwen.

VIII. Memoriae proditur quasdam acies inclinatas iam et labantes a feminis restitutas constantia precum et obiectu pectorum et monstrata comminus captivitate, quam longe impatientius feminarum suarum nomine timent, adeo ut efficacius obligentur animi civitatum, quibus inter obsides puellae quoque nobiles imperantur. inesse quin etiam sanctum aliquid et providum putant, nec aut consilia earum aspernantur aut responsa neglegunt. vidimus sub divo Vespasiano Velaedam diu apud plerosque numinis loco habitam; sed et olim Albrunam et compluris alias venerati sunt, non adulatione nec tamquam facerent deas.

---

8. *praecipuum*, vgl. c. 6. 20.
9. *conglobatio*, groepeering.
10. *pignora*, hun dierbaarste panden.
11. *audiri*, wordt verklaard of als Inf. Hist, of door *est* aan te vullen, vgl. est videre (cap. 5. 10).
13. *vulnera ferunt* = vulnerati se conferunt. *exigere*, nauwkeurig onderzoeken.
14. *pavent*, wellicht een steek op de verwijfde Rom. dames? *cibos . . . gestant*, zeugma, zij brengen hun voedsel en sporen hen door vermaningen (tot moed) aan.

VIII. 2. *constantia precum*, vgl. Caesar B. G. I. 51: mulieres quae in proelium proficiscentes passis manibus flentes implorabant, ne se in servitutem Romanis traderent. *obiectu pectorum*, waarsch. om haar mannen aan te sporen liever haar borst te doorboren, dan haar in de handen der vijanden te laten vallen.
3. *comminus captivitas*, comminus hier attrib. = de dreigende gevangenschap. *longe impatientius*, vul aan quam suo nomine.
4. *nomine feminarum*, als het hun vrouwen betreft.
7. *providus*, profetisch. *responsa*, h. l. voorspellingen.
8. *vidimus* = behoeft niet te beteekenen dat zij in een triumftocht gezien was, h. l. = wij hebben het beleefd. *Velaedam*, uit den stam der Bructeri; had bij den opstand van Civilis een gewichtige rol gespeeld (cf. Hist. 4. 61).
10. *tamquam deas facerent*, zoo was Drusilla door Caligula tot godin verheven; Poppaea Sabina en haar dochtertje door Nero (Ann. 16, 21, 11.)

9. Godsdienst.

IX. Deorum maxime Mercurium colunt cui certis diebus humanis quoque hostiis litare fas habent. Herculem et Martem concessis animalibus placant. pars Sueborum et Isidi sacrificat: unde causa et origo peregrino sacro, parum comperi, nisi quod signum ipsum in modum liburnae figuratum docet advectam religionem. ceterum nec cohibere parietibus deos neque in ullam humani oris speciem assimulare ex magnitudine caelestium arbitrantur: lucos ac nemora consecrant deorumque nominibus appellant secretum illud, quod sola reverentia vident.

10. Orakels en voorspellingen.

X. Auspicia sortesque ut qui maxime observant. sortium consuetudo simplex. virgam frugiferae arbori decisam in surculos amputant eosque notis quibusdam discretos super candidam vestem temere ac fortuito spargunt. mox, si publice consultetur, sacerdos civitatis, sin privatim, ipse pater familiae precatus deos caelumque suspiciens ter singulos tollit, sublatos secundum impressam ante notam interpretatur. si prohibuerunt, nulla de eadem re in eundem diem consultatio; sin permissum,

---

IX. 1. *Mercurius*, vereenzelvigd het Wodan (Odin).
2. *hostiae humanae*, misdadigers en krijgsgevangenen werden geofferd. *Hercules*, vgl. cap. 3. 1. *Mars*, de Germ. Ziu (Tius).
3. *Isis*, onbekend welke Germaansche godin is bedoeld.
4. *unde causa*, sc. sit.
5. *signum ipsum*, het symbool op zichzelf al. *liburna* (sc. navis), oorspronkelijk klein snelvarend schip der Liburnische zeeroovers, later bij de Rom. marine ingevoerd.
7. *assimilare*, nabootsen.
9. *secretum . . . . vident*, dat geheimzinnige wezen, dat zij alleen in hun aanbidding zich voorstellen te zien.

X. 1. *ut qui maxime* = ut (ii) observant qui maxime observant, cf. Cic. ad fam. 2. 6. tam sum amicus reipublicae quam qui maxime.
2. *surculus*, staafje.
3. *amputant* = dividunt. *vestis candida*, de witte kleur is het symbool van de reinheid van den ondervrager.
4. *si . . . consultetur*, si. h. l. iteratief.
6. *tollere*, trekken van loten.
7. *prohibere*, ongunstig zijn.
8. *consultatio*, ondervraging.

auspiciorum adhuc fides exigitur. et illud quidem hic notum, avium voces volatusque interrogare: proprium gentis equorum quoque praesagia ac monitus experiri. publice aluntur isdem nemoribus ac lucis, candidi et nullo mortali opere contacti: quos pressos sacro curru sacerdos ac rex vel princeps civitatis comitantur hinnitusque ac fremitus observant nec ulli auspicio maior fides, non solum apud plebem, sed apud proceres; sacerdotes enim ministros deorum, illos conscios putant. est et alia observatio auspiciorum, qua gravium bellorum eventus explorant. eius gentis, cum qua bellum est, captivum quoquo modo interceptum cum electo popularium suorum, patriis quemque armis, committunt: victoria huius vel illius pro praeiudicio accipitur.

11. Volksvergadering.

XI. De minoribus rebus principes consultant, de maioribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium est, apud principes praetractentur. coëunt, nisi quid fortuitum et subitum incidit, certis diebus, cum aut inchoatur luna aut impletur; nam agendis rebus hoc auspicatissimum initium credunt: nec dierum numerum, ut nos, sed noctium computant. sic constituunt,

---

9. *adhuc* = praeterea. *auspiciorum fides*, de bevestiging door auspicia. *exigitur*, wordt vereischt. *hic*, i. p. v. illic, in Germanië.
10. *equorum praesagia* reeds de Perzen hadden paardenorakels.
11. *isdem*, vgl. cap. 9.
12. *candidi*, volgens Her. I. 189 stonden witte paarden bij de Perzen reeds in hooge vereering. *mortali* = in usum mortalium.
13. *pressos* = iunctos, vgl. Ovid. Met. 1. 124: pressique jugo gemuere iuvenci.
15. *sed* = *sed etiam*.
16. *illos* = equos sacros.
18. *quoquo modo*, door geweld, list of door het toeval.
20. *committere*, term ontleend aan de arena: laten strijden.

XI. 1. *principes*, hier op te vatten als de aanzienlijkste en invloedrijkste mannen van het volk, niet te denken aan beambten of vorsten, vgl. Ann. I. 45. 8: nihil ausuram plebem principibus amotis. *consultant*, besluiten nemen. *de maioribus*, o.a. oorlog en vrede.
2. *omnes*, nl. de vrije burgers.
4. *certis diebus*, twee- of driemaal in het jaar. *luna*, bij nieuwe maan werden huwelijken gesloten, begon men huizen te bouwen, werden slagen geleverd, cf. Caes. B. G. I. 50. 5.
5. *auspicatus*, gunstig.
6. *constituunt* (sc. diem), een termijn vaststellen.

sic condicunt: nox ducere diem videtur. illud ex libertate vitium, quod nec simul nec ut iussi conveniunt, sed alter et tertius dies cunctatione coëuntium absumitur. ut turbae placuit, considunt armati. silentium per sacerdotes, quibus tum et coërcendi ius est, imperatur. mox rex vel princeps, prout aetas cuique, prout nobilitas, prout decus bellorum, prout facundia est, audiuntur, auctoritate suadendi magis quam iubendi potestate. si displicuit sententia, fremitu aspernantur; sin placuit, frameas concutiunt: honoratissimum assensus genus est armis laudare.

12. Rechtspraak.

XII. Licet apud concilium accusare quoque et discrimen capitis intendere. distinctio poenarum ex delicto: proditores et transfugas arboribus suspendunt, ignavos et imbelles et corpore infames caeno ac palude, iniecta insuper crate, mergunt. diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. sed et levioribus delictis pro modo poena: equorum pecorumque numero convicti multantur. pars multae regi vel civitati, pars ipsi, qui vindicatur, vel propinquis eius exolvitur. eliguntur in isdem conciliis et principes, qui iura per pagos vicosque reddunt; centeni singulis ex plebe comites consilium simul et auctoritas adsunt.

---

7. *condicunt*, (sc.-diem), een termijn aannemen, *nox*, volgens de mythologische voorstellingen is de nacht ouder dan de dag. *vitium*, verkeerde toestand.
8. *ut iussi*, vgl. Hist. IV, 76: Germanos non iuberi, non regi, sed cuncta ex libidine agere.
10. *silentium*, het verbreken van den vrede wordt als een beleediging der goden opgevat. *coërcere*, sc. poenis.
12. *decus bellorum*, voor gloria militaris.
14. *aspernari*, afkeuren. *concutio*, tegen elkaar slaan.

XII. 1. *discrimen capitis intendere*, (naar analogie van *litem intendere*) = iemand op leven en dood aanklagen.
2. *ex delicto*, vgl. c. 7, ex nobilitate.
3. *arboribus*, hiervoor gebr. men verdorde, bladerlooze boomen. *ignavus*, laf in het gevecht. *imbellis*, die zich aan den krijgsdienst onttrekt. *corpore infames*, ontuchtigen.
4. *caeno . . . . . . crate*, straf ook veel op vrouwen toegepast, men denke aan de z.g. veenlijken zooals er o.a. een te zien is in het Museum te Assen.
5. *tamquam*, omdat (naar de meening der Germ.). *scelera*, misdaden die men tegen anderen begaat = facinora.
6. *flagitia*, schanddaden, waardoor men zichzelf onteert bv. lafheid enz. *pro modo*, naar evenredigheid.
10. *pagi vicique*, gouwen en dorpen.

13. Het gevolg.

XIII. Nihil autem neque publicae neque privatae rei nisi armati agunt. sed arma sumere non ante cuiquam moris, quam civitas suffecturum probaverit. tum in ipso concilio vel principum aliquis vel pater vel propinqui scuto frameaque iuvenem ornant: haec apud illos toga, hic primus iuventae honos; ante hoc domus pars videntur, mox rei publicae insignis nobilitas aut magna patrum merita principis dignationem etiam adulescentulis assignant: ceteris robustioribus ac iam pridem probatis aggregantur, nec rubor inter comites aspici. gradus quin etiam ipse comitatus habet iudicio eius quem sectantur; magnaque et comitum aemulatio, quibus primus apud principem suum locus et principum cui plurimi et acerrimi comites. haec dignitas, hae vires, magno semper et electorum iuvenum globo circumdari, in pace decus, in bello praesidium. nec solum in sua gente cuique, sed apud finitimas id nomen, ea gloria est, si numero ac virtute comitatus emineat; expetuntur enim legationibus et muneribus ornantur et ipsa plerumque fama bella profligant.

14. Het gevolg in den oorlog.

XIV. Cum ventum in aciem, turpe principi virtute vinci, turpe comitatui virtutem principis non adaequare. iam vero infame in

---

XIII. 2. *moris* (sc. est), het behoort tot de algemeene gewoonte.
3. *suffecturum* (sc. eum armis esse) = weerbaar. *probaverit*, erkennen; conj. perf. geeft hier de iteratieve beteekenis te kennen.
4. *propinqui*, nl. als de vader dood is.
5. *toga* (virilis), voor togae (virilis) sumptio.
7. *principis dignatio*, onderscheiding van den kant van een princeps. *assignant*, verleenen.
8. *robustioribus*, ziet hier niet op physieke kracht = maioribus natu. *probatus*, beproefd.
9. *rubor* = dedecus. *comites*, bij Tac. ook clientes genoemd, cf. Ann. 1. 57: Segestes magna cum propinquorum et clientium manu = het gevolg.
11. *locus*, sc. sit.
12. *plurimi*, het getal was zeer afwisselend; koningen kunnen zelfs 200 comites hebben. *comites*, sc. sint.
13. *globus*, manus.
15. *id nomen*, dat geeft hem een bekenden naam.
16. *comitatus*, h.l. genitivus. *expetuntur* = ambiuntur, zij worden aangezocht. *munera*, eeregaven, vgl. Hist. 4. 65, 16 legati ad Civilem ac Velaedam missi cum donis.
17. *plerumque*, zeer dikwijls. *profligare*, beëindigen.

XIV. 1. *vinci*, sc. a comitatu.

omnem vitam ac probrosum superstitem principi suo ex acie recessisse: illum defendere, tueri, sua quoque fortia gloriae eius assignare praecipuum sacramentum est: principes pro victoria pugnant, comites pro principe. si civitas, in qua orti sunt, longa pace et otio torpeat, plerique nobilium adulescentium petunt ultro eas nationes, quae tum bellum aliquod gerunt, quia et ingrata genti quies et facilius inter ancipitia clarescunt magnumque comitatum non nisi vi belloque tueare: exigunt enim a principis sui liberalitate illum bellatorem equum, illam cruentam victricemque frameam; nam epulae et quamquam incompti, largi tamen apparatus pro stipendio cedunt. materia munificentiae per bella et raptus. nec arare terram aut exspectare annum tam facile persuaseris quam vocare hostem et vulnera mereri; pigrum quin immo et iners videtur sudore adquirere quod possis sanguine parare.

15. Het leven in vredestijd.

XV. Quotiens bella non ineunt, non multum venatibus, plus per otium transigunt, dediti somno ciboque, fortissimus quisque ac bellicosissimus nihil agens, delegata domus et penatium

---

3. *superstitem recessisse*, Nach des Königs Tod soll keiner leben, er sei denn so feig, dasz er flieht vor dem Schwerte, oder zu elend, den Edlen zu rächen (Heliand vs. 3994),

4. *defendere*, tegen gevaren, die al nabij zijn. *tueri*, een wakend oog houden met het oog op gevaren, die van verre dreigen.

5. *assignare* = attribuere. *sacramentum*, vert. soldatenplicht. *praecipuum*, zie cap. 6. 20.

7. *torpeat* = languescat. *plerique*, zeer velen.

9. *ancipitia*, gevaren. *clarescunt* etc., hierbij als subj. nobiles adulescentes, terwijl tueare in het algemeen is op te vatten.

11. *bellatorem equum*, dichterlijk vgl. hinc bellator equus campo sese arduus infert. Verg. Georg. 2. 145. *cruentam*, moorddadig.

12. *incomptus*, eenvoudig.

13. *cedere pro*, gelden voor. *materia* (sc. quaeritur).

14. *annum* voor annona, de jaarl. opbrengst van het graan.

15. *persuaseris* h. l. c. inf. in plaats van het gebr. ut in de beteekenis van overreden. *vocare* = provocare. *vulnera mereri*, zich roemvolle wonden bezorgen (wonden als loon der dapperheid).

XV. 1. *multum-plus* sc. temporis; niet in overeenstemming met Caesar B. G. VI. 21. 3.: vita omnis in venationibus . . . . consistit.

2. *dediti somno ciboque*, vgl. Sall. Cat. II. 8. multi mortales dediti ventri atque somno.

3. *domus*, h. l. genit.; *domus*, de zorg voor het huishouden met betrekking tot de buitenwereld. *penates*, het bestuur over de inwendige huiselijke aangelegenheden.

et agrorum cura feminis senibusque et infirmissimo cuique ex familia: ipsi hebent, mira diversitate naturae, cum idem homines sic ament inertiam et oderint quietem. mos est civitatibus ultro ac viritim conferre principibus vel armentorum vel frugum, quod pro honore acceptum etiam necessitatibus subvenit. gaudent praecipue finitimarum gentium donis, quae non modo a singulis, sed et publice mittuntur, electi equi, magna arma, phalerae torquesque: iam et pecuniam accipere docuimus.

16. Woningen.

XVI. Nullas Germanorum populis urbes habitari satis notum est; ne pati quidem inter se iunctas sedes. colunt discreti ac diversi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit. vicos locant non in nostrum morem conexis et cohaerentibus aedificiis: suam quisque domum spatio circumdat, sive adversus casus ignis remedium sive inscitia aedificandi. ne caementorum quidem apud illos aut tegularum usus: materia ad omnia utuntur informi et citra speciem aut delectationem. quaedam loca diligentius illinunt terra ita pura ac splendente, ut picturam ac liniamenta colorum imitetur. solent et subterraneos specus aperire eosque multo insuper fimo onerant, suffugium hiemis et receptaculum

---

5. *familia*, h. l. huisgenooten, in dit geval de zoons, die niet geschikt zijn met het gevolg mede te gaan. *ipsi*, de strijdbare mannen. *hebent*, luieren.
6. *quietem* = pacem.
7. *armentorum vel frugum* (sc. aliquid).
8. *necessitatibus*, noodzakelijke uitgaven.
10. *phalerae*, bij de Rom., borstversieringen, zoowel voor mannen als paarden; bij de Germ., een soort colliers.
11. *iam et* = iam etiam, vgl. pecuniamque ac dona, quis soli corrumpantur (Germani) Hist. 4. 76. 10. misschien slaande op Domitianus' politiek, die den vrede van de Germanen kocht.

XVI. 1. *populis* = a populis. *urbes*, vgl. Hist. 4. 64: postulamus a vobis, muros coloniae, munimenta servitii detrahatis. Tac, bedoelt steden omgeven met muren en grachten; de oppida der Suebi en Ubii bij Caesar B. G. zijn niet geheel als zoodanig te beschouwen.
3. *diversi*, uit elkaar liggend. *locant*, aanleggen.
5 *spatio* (sc. aperto).
6. *caementa*, gehouwen steenen.
7. *tegularum*, baksteenen. *materia*, timmerhout; voor materia in te voegen *sed*.
8. *citra* = sine. *delectationem*, bekoorlijkheid.
9. *liniamenta colorum* = liniamenta colorata.
10. *imitetur*, den indruk maken van. *aperire* = fodere.
11. *insuper*, h. l. locaal daar boven op. *suffugium*, i. p. v. het meer gewone perfugium.

frugibus, quia rigorem frigorum eiusmodi loci molliunt, et si quando hostis advenit, aperta populatur, abdita autem et defossa aut ignorantur aut eo ipso fallunt, quod quaerenda sunt.

17. Kleeding.

XVII. Tegumen omnibus sagum fibula aut, si desit, spina consertum: cetera intecti totos dies iuxta focum atque ignem agunt. locupletissimi veste distinguuntur, non fluitante, sicut Sarmatae ac Parthi, sed stricta et singulos artus exprimente. gerunt et ferarum pelles, proximi ripae neglegenter, ulteriores exquisitius, ut quibus nullus per commercia cultus. eligunt feras et detracta velamina spargunt maculis pellibusque beluarum, quas exterior Oceanus atque ignotum mare gignit. nec alius feminis quam viris habitus, nisi quod feminae saepius lineis amictibus velantur eosque purpura variant partemque vestitus superioris in manicas non extendunt, nudae brachia ac lacertos; sed et proxima pars pectoris patet.

18. Huwelijk.

XVIII. Quamquam severa illic matrimonia, nec ullam morum partem magis laudaveris. nam prope soli barbarorum singulis

---

14. *fallunt* = (aan den blik) ontgaan.

XVII. 1. *sagum*, ook de Rom. soldaten en boeren droegen een mantel van grove wol, sagum geheeten. *spina consertum*, vgl. Aen III 594: consertum tegumen spinis.
2. *cetera intecti*, bet. zonder verder een kleedingstuk aan te trekken.
3. *veste*, onderkleed.
4. *stricta*, nauw sluitend. *exprimente*, laten uitkomen.
5. *ripae*, n.l. van den Rijn of den Donau.
6. *ut quibus ..... cultus*, ut (ii gerunt) quibus etc. *eligunt*, de voorkeur geven aan.
7. *velamina*, ter afwisseling i. p. v. pelles. *spargunt*, garneeren. *maculis pellibusque*, ἓν διὰ δυοῖν voor variis pellibus. *beluarum*, voornamelijk zeehonden.
9. *habitus*, kleederdracht. *saepius*, nog al dikwijls.
10. *amictibus*, amictus, bovenkleed der vrouwen. *purpura*, h. l. niet te denken aan purper = rubro colore. *variant*, bont maken. *vestitus*, onderkleed der vrouwen.
11. *brachium*, benedenarm. *lacertus*, bovenarm.

XVIII. 1. *quamquam*, intusschen.

uxoribus contenti sunt, exceptis admodum paucis, qui non libidine, sed ob nobilitatem pluribus nuptiis ambiuntur. dotem non uxor marito, sed uxori maritus offert. intersunt parentes et propinqui ac munera probant, munera non ad delicias muliebres quaesita nec quibus nova nupta comatur, sed boves et frenatum equum et scutum cum framea gladioque. in haec munera uxor accipitur, atque in vicem ipsa armorum aliquid viro affert: hoc maximum vinculum, haec arcana sacra, hos conjugales deos arbitrantur. ne se mulier extra virtutum cogitationes extraque bellorum casus putet, ipsis incipientis matrimonii auspiciis admonetur venire se laborum periculorumque sociam, idem in pace, idem in proelio passuram ausuramque: hoc iuncti boves, hoc paratus equus, hoc data arma denuntiant. sic vivendum, sic pereundum: accipere se quae liberis inviolata ac digna reddat, quae nurus accipiant rursusque ad nepotes referantur.

19. Heiligheid van het huwelijk.

XIX. Ergo saepta pudicitia agunt, nullis spectaculorum illecebris, nullis conviviorum irritationibus corruptae. litterarum secreta viri pariter ac feminae ignorant. paucissima in tam numerosa gente adulteria, quorum poena praesens et maritis permissa; abscisis crinibus nudatam coram propinquis expellit domo

---

3. *exceptis ..... paucis*, Caesar B. G. I. 53. 4. vertelt dat Ariovistus twee vrouwen had. *qui non libidine* (aan te vullen plures uxores ducunt).
4. *ambiuntur*, vgl. Verg. Aen. VII. 333: conubiis ambire Latinum vert. aangezocht worden.
6. *probant*, keuren. De bruidegom koopt niet zoo zeer de bruid zelf, maar geeft aan dengene, onder wiens macht zij stond een vergoeding voor het gemis van deze macht.
8. *in haec munera*, naar analogie van in has conditiones, ἐπὶ τούτοις τοῖς δώροις.
10. *arcana sacra*, geheimzinnige goddelijke wijding.
11. *virtutum*, heldendaden.
12. *auspiciis* = initiis; zin is pleonastisch vgl. c. 30. 1. Chatti initium caedis inchoant.
15. *paratus equus*, boven frenatus. *sic .... pereundum* (sc. esse).
16. *inviolata ac digna*, in ongeschonden waardigheid.

XIX. 1. *saepta pudicitia*, abl. modi; saepta, goed beveiligd. *agunt*, zij leven.
2. *nullis ..... corruptae*, zooals in Rome. *litterarum secreta* = litterae secretae, geheime minnebrieven.
3. *in tam numerosa gente*, in weerwil van.
4. *praesens*, oogenblikkelijk (op de daad volgend).

maritus ac per omnem vicum verbere agit: publicatae enim pudicitiae nulla venia: non forma, non aetate, non opibus maritum invenerit. nemo enim illic vitia ridet, nec corrumpere et corrumpi saeculum vocatur. melius quidem adhuc eae civitates, in quibus tantum virgines nubunt et cum spe votoque uxoris semel transigitur. sic unum accipiunt maritum quo modo unum corpus unamque vitam, ne ulla cogitatio ultra, ne longior cupiditas, ne tamquam maritum, sed tamquam matrimonium ament. numerum liberorum finire aut quemquam ex agnatis necare flagitium habetur, plusque ibi boni mores valent quam alibi bonae leges.

20. Opvoeding. Erfrecht.

XX. In omni domo nudi ac sordidi in hos artus, in haec corpora, quae miramur, excrescunt. sua quemque mater uberibus alit, nec ancillis aut nutricibus delegantur. dominum ac servum nullis educationis deliciis dignoscas: inter eadem pecora, in eadem humo degunt, donec aetas separet ingenuos, virtus agnoscat. sera iuvenum venus, eoque inexhausta pubertas. nec virgines festinantur; eadem iuventa, similis proceritas: pares

---

6. *verbere*, i. p. v. verberibus. *publicatae*, prijsgegeven.
8. *invenerit*, n.l. quae pudicitiam publicarit.
9. *corrumpi*, zich laten verleiden. *saeculum*, geest van den tijd, mode. *melius* (sc. faciunt), aan te vullen: dan wij Romeinen. *adhuc* = etiam.
10. *semel*, eens en voor altijd.
11. *transigitur*, wordt afgerekend met, een eind gemaakt aan.
12. *ultra*, sc. mortem mariti. *ne* . . . . *cupiditas*, aan te vullen sit.
14. *finire* = definire. *agnati*, h[illegible] kinderen, die geboren worden als er reeds een erfgenaam is.
mores . . . . . *leges*, vgl. Hor. Carm. 3. 24. 35: quid leges sine moribus vanae proficiunt. *alibi*, toespeling op de toestanden in Rome; lex Papia Poppaea 9. n. C. stelde o.a. straffen vast op kinderloosheid.

XX. 1. *nudi*, met bloote armen en beenen. *hos artus*, Germanen zag men in Rome zeer veel = die wij kennen, (dagelijks) hier in Rome zien.
2. *excrescunt*, opgroeien.
3. *delegantur*, vgl. cap. 15. 3.
4. *deliciis*, verfijning, verweekelijking, vgl. Hist. 4. 61. Civilis ferebatur parvulo filio quosdam captivorum sagittis iaculisque puerilibus figendos obtulisse. *dignoscas* = discernas.
6. *sera* . . . . *venus*, vgl. Caesar B. G. VI. 21, 4: qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem. *inexhausta*, onverzwakt. *nec* = neque tamen.
7. *virgines festinantur*, men haast zich de meisjes uit te huwelijken. *pares validaeque*, pares aetate et pariter validae.

validaeque miscentur, ac robora parentum liberi referunt. sororum filiis idem apud avunculum qui apud patrem honor. quidam sanctiorem artioremque [hunc] nexum sanguinis arbitrantur et in accipiendis obsidibus magis exigunt, tamquam et animum firmius et domum latius teneant. heredes tamen successoresque sui cuique liberi, et nullum testamentum. si liberi non sunt, proximus gradus in possessione fratres, patrui, avunculi. quanto plus propinquorum, quanto maior affinium numerus, tanto gratiosior senectus; nec ulla orbitatis pretia.

21. Bloedwraak. Gastvriendschap.

XXI. Suscipere tam inimicitias seu patris seu propinqui quam amicitias necesse est; nec implacabiles durant; luitur enim etiam homicidium certo armentorum ac pecorum numero recipitque satisfactionem universa domus, utiliter in publicum, quia periculosiores sunt inimicitiae iuxta libertatem.

Convictibus et hospitiis non alia gens effusius indulget. quemcumque mortalium arcere tecto nefas habetur; pro fortuna quisque apparatis epulis excipit. cum defecere, qui modo hospes fuerat, monstrator hospitii et comes: proximam domum non

---

8. *referunt*, weergeven, afspiegelen. *sororum .... honor*, na den dood des vaders, staat de zuster, zoolang ze ongehuwd is, onder voogdij van haar broer.

11. *magis*, (sc. quam filios). *tamquam*, vgl. c. 12, 5. *animum .... domum*, (sc. obsides dantis).

12. *tamen*, niettegenstaande de innige verhoudiug tusschen oom en neef.

13. *liberi*, n.l. filii.

14. *possessione*, h. l. het in bezit nemen.

15. *propinqui*, h. l. = cognati, bloedverwanten. *affines*, aanverwanten.

16. *orbitatis pretia*, zooals bij de Rom.; vgl. Hor. Sat. II. 5.

XXI. 2. *nec* = nec tamen. *durant* (sc. inimicitiae), h. l. intransitief.

4. *satisfactionem*, weergeld. *in publicum* = rei publicae.

5. *iuxta libertatem*, Taciteisch, = in libertate; libertas heeft hier ongeveer de bet. van licentia.

6. *convictibus*, gastmalen onder buren en verwanten. *hospitiis*, onthaal van vreemden. *non alia .... indulget*, vgl. Caesar B. G. VI. 23. 9: hospitem violare fas non putant; qui quacumque de causa ad eos venerunt, ab inuria prohibent, hisque omnium domus patent victusque communicatur; *indulget*, vgl. Verg. Aen. IV. 51: indulge hospitio.

7. *fortuna* = fortunae.

8. *cum defecere* (sc. epulae).

invitati adeunt. nec interest: pari humanitate accipiuntur. notum ignotumque, quantum ad ius hospitis, nemo discernit. abeunti, si quid poposcerit, concedere moris; et poscendi in vicem eadem facilitas. gaudent muneribus, sed nec data imputant nec acceptis obligantur [victus inter hospites comis].

22. Huiselijk leven.

XXII. Statim e somno, quem plerumque in diem extrahunt, lavantur, saepius calida, ut apud quos plurimum hiems occupat. lauti cibum capiunt: separatae singulis sedes et sua cuique mensa. tum ad negotia nec minus saepe ad convivia procedunt armati. diem noctemque continuare potando nulli probrum. crebrae, ut inter vinolentos, rixae raro conviciis, saepius caede et vulneribus transiguntur. sed et de reconciliandis invicem inimicis et iungendis affinitatibus et adsciscendis principibus, de pace denique ac bello plerumque in conviviis consultant, tamquam nullo magis tempore aut ad simplices cogitationes pateat animus aut ad magnas incalescat. gens non astuta nec callida aperit adhuc secreta pectoris licentia ioci; ergo detecta et nuda omnium mens. postera die retractatur, et salva utriusque temporis ratio est: deliberant, dum fingere nesciunt, constituunt, dum errare non possunt.

---

10. *pari humanitate*, sc. ac si invitati essent.
11. *quantum .... hospitis* = klass. quod attinet ad; *hospitis* = hospitii.
12. *moris*, vgl. cap. 13. 2.

XXII. In dit caput geeft de schrijver een schildering van zeden der Germanen, die een tegenstelling vormen met die der Romeinen.
1. *in diem*, de Romeinen stonden voor het aanbreken van den dag op.
2. *ut apud quos*, ut (ii faciunt) apud quos. *plurimum* (sc. temporis).
5. *diem noctemque continuare potando*, dag en nacht aan één stuk doordrinken.
6. *ut inter vinolentos* (sc. fit.); *vinolentos* = ebrios (de Germ. dronken geen wijn).
7. *transiguntur*, worden beëindigd. *invicem* = inter se.
9. *de pace .... bello*, vgl. Hist. IV. 14. waar Civilis de primores Batavorum specie epularum oproept.
10. *tamquam*, vgl. c. 12. 5. *simplices*, openhartig.
12. *aperit*, vgl. condita cum verax aperit praecordia Liber. Hor. Sat. I. 4. 89. *adhuc*, nog anders dan bij de Rom. die zelfs bij feestvreugde hun gedachten weten te verbergen. *licentia ioci*, in vrijen scherts.
13. *salva .... ratio est*, aan beide tijden geeft men het hun toekomende.

23. Spijs en drank.

XXIII. Potui humor ex hordeo aut frumento, in quandam similitudinem vini corruptus; proximi ripae et vinum mercantur. cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum: sine apparatu, sine blandimentis expellunt famem. adversus sitim non eadem temperantia. si indulseris ebrietati suggerendo quantum concupiscunt, haud minus facile vitiis quam armis vincentur.

24. Spelen.

XXIV. Genus spectaculorum unum atque in omni coetu idem: nudi iuvenes, quibus id ludicrum est, inter gladios se atque infestas frameas saltu iaciunt. exercitatio artem paravit, ars decorem, non in quaestum tamen aut mercedem: quamvis audacis lasciviae pretium est voluptas spectantium. aleam, quod mirere, sobrii inter seria exercent, tanta lucrandi perdendive temeritate, ut, cum omnia defecerunt, extremo ac novissimo iactu de libertate ac de corpore contendant. victus voluntariam servitutem adit: quamvis iuvenior, quamvis robustior alligari se ac venire patitur. ea est in re prava pervicacia; ipsi fidem

---

XXIII. 1. *potui* (sc. est); *frumento*, hier = tarwe; bedoeld is bier; Plinius de Oudere spreekt van cerevisia.
2. *mercantur*, volgens Caesar B. G. 4, 2, 6, verboden bij de Suebi.
3. *poma*, h. l. in het algemeen ooft. *recens fera*, versch wildbraad
4. *blandimentis* = condimentis; zout was bekend; peper leerden de Germ. door de Rom. kennen.
5. *ebrietati*, h. l. drankzucht.
6. *haud minus*, litotes = magis; haud minus facile = facilius. *vitiis*, de uit dronkenschap voortvloeiende ondeugden, twistzucht, luiheid enz.; vergelijk Just. I, 8, 7: prius Scythae ebrietate quam bello vincuntur.

XXIV. 2 *nudi*, alleen met een wit hemd bekleed. *quibus id ludicrum est*, die dit als spel uitvoeren.
3. *infestas*, dreigend hun voorgehouden (als stonden ze tegenover den vijand). *se saltu iaciunt*, de wapendans kwam o.a. in Hessen tot de 17e eeuw nog voor.
4. *quamvis .... voluptas*, constr. pretium lasciviae quamvis audacis (= quamvis periculosae) voluptas spectantium est.
6. *inter seria* = ut rem seriam; in Rome speelde men alleen na tafel in scherts.
7. *temeritate* = speelwoede.
8. *de libertate ac de corpore*, ἓν διὰ δυοῖν, persoonlijke vrijheid.
9. *iuvenior*, i. p. v. iunior. *alligari* = ligari.
10. *fidem*, nullos mortalium armis aut fide ante Germanos esse. Ann. 13. 54.

vocant. servos condicionis huius per commercia tradunt, ut se quoque pudore victoriae exsolvant.

25. Slaven en vrijgelatenen.

XXV. Ceterum servis non in nostrum morem, descriptis per familiam ministeriis, utuntur: suam quisque sedem, suos penates regit. frumenti modum dominus aut pecoris aut vestis ut colono iniungit, et servus hactenus paret; cetera domus officia uxor ac liberi exsequuntur. verberare servum ac vinculis et opere coërcere rarum; occidere solent, non disciplina et severitate, sed impetu et ira, ut inimicum, nisi quod impune est. liberti non multum supra servos sunt, raro aliquod momentum in domo, numquam in civitate, exceptis dumtaxat iis gentibus quae regnantur. ibi enim et super ingenuos et super nobiles ascendunt; apud ceteros impares libertini libertatis argumentum sunt.

26. Landbouw.

XXVI. Faenus agitare et in usuras extendere ignotum; ideoque magis servatur quam si vetitum esset. agri pro numero cultorum ab universis in vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur; facilitatem partiendi camporum spatia

11. *per commercia tradunt*, verhandelen.

XXV. 1. *descriptis*, nauwkeurig verdeeld.
3. *ut colono*, n.l. als aan een Rom. colonus.
4. *iniungit* = imponit, legt hun op om te leveren, *cetera domus officia*, het overige n.l. de dienstverrichtingen in huis.
5. *opere*, dwangarbeid.
6. *coërcere*, straffen. *disciplina et severitate* = severa disciplina.
7. *impetu et ira* = impetu irae. *impune*, voor een gedooden slaaf betaalde men toch geen weergeld.
9. *in civitate*, anders dan in Rome, waar de libertini o.a. onder Claudius grooten invloed hadden. *dumtaxat* (eig. = dum aliquis rem taxat, indien iemand de zaak nauwkeurig schat) = slechts,
10. *regnantur*, vgl. cap. 44. Gotones regnantur; pers. pass. bij regnare is dichterlijk; vert. waar een koningschap bestaat.
11. *impares* (sc. ingenuis ac nobilibus), vert. het feit dat . . . . is

XXVI. 1. *faenus agitare et in usuras extendere*, geld op rente uitleenen en het kapitaal door interest vergrooten.
2. *servatur*, als subj. bij te denken faenus non agitare.
3. *in vices*. vgl. Caesar B. G. 6, 22, 2.
4. *dignationem*, i. p. v. dignitatem.

praestant. arva per annos mutant, et superest ager. nec enim cum ubertate et amplitudine soli labore contendunt, ut pomaria conserant et prata separent et hortos rigent: sola terrae seges imperatur. unde annum quoque ipsum non in totidem digerunt species; hiems et ver et aestas intellectum ac vocabula habent, autumni perinde nomen ac bona ignorantur.

27. Lijkverbranding.

XXVII. Funerum nulla ambitio: id solum observatur, ut corpora clarorum virorum certis lignis crementur. struem rogi nec vestibus nec odoribus cumulant: sua cuique arma, quorundam igni et equus adicitur. sepulcrum caespes erigit: monumentorum arduum et operosum honorem ut gravem defunctis aspernantur. lamenta ac lacrimas cito, dolorem et tristitiam tarde ponunt. feminis lugere honestum est, viris meminisse.

Haec in commune de omnium Germanorum origine ac moribus accepimus: nunc singularum gentium instituta ritusque, quatenus differant, quaeque nationes e Germania in Gallias commigraverint, expediam.

---

5. *arva mutant*, waarsch. zoo op te vatten, dat de bezitter van een stuk land telkens een nieuw gedeelte bebouwt, terwijl het reeds bebouwde dan weer eenige jaren braak ligt. *superest*, vgl. cap. 6. 1.
6. *amplitudo*, vruchtbaarheid. *contendunt*, wedijveren. *ut* = ita ut.
7. *rigent*, gew. irrigent. *terrae*, dativus, als ware het een belasting, die men aan den grond oplegt.
8. *totidem* (sc. quot Romani).
9. *digerunt* = dividunt. *species*, eig. soort als onderdeel van het genus; h. l. = jaargetijden. *intellectum ac vocabula habent*, kent en noemt men.
10. *bona*, fijn ooft en wijn.

XXVII. 1. *ambitio*, praal, vertoon.
2. *certis lignis*, voornamelijk eiken- en beukenhout. *crementur*, Karel de Groote verbood het verbranden als zijnde een heidensch gebruik. *struem rogi* = rogum.
3. *vestibus*, h. l. tapijten.
4. *caespes erigit* = caespite erigitur, vgl. Seneca ep. 1, 8, 5. hanc domum utrum caespes erexerit an varius lapis, nihil interest. *monumentorum . . . . honorem*, men verwacht: monumentorum arduorum et operosorum honorem.
5. *gravem*, vgl. het bekende: sit tibi terra levis!
7. *ponunt* = omittunt.
8. *in commune* = in universum.
9. *instituta*, politieke en militaire instellingen; *ritus*, godsdienstige instellingen.
11. *expediam* = narrabo.

28. Verhuizing van en naar Germanië.

XXVIII. Validiores olim Gallorum res fuisse summus auctorum Divus Iulius tradit: eoque credibile est etiam Gallos in Germaniam transgressos. quantulum enim amnis obstabat quo minus, ut quaeque gens evaluerat, occuparet permutaretque sedes promiscuas adhuc et nulla regnorum potentia divisas? igitur inter Hercyniam silvam Rhenumque et Moenum amnes Helvetii, ulteriora Boii, Gallica utraque gens, tenuere. manet adhuc Boihaemi nomen significatque loci veterem memoriam quamvis mutatis cultoribus. sed utrum Aravisci in Pannoniam ab Osis [Germanorum natione] an Osi ab Araviscis in Germaniam commigraverint, cum eodem adhuc sermone institutis moribus utantur, incertum est, quia pari olim inopia ac libertate eadem utriusque ripae bona malaque erant. Treveri et Nervii circa affectationem Germanicae originis ultro ambitiosi sunt, tamquam per hanc gloriam sanguinis a similitudine et inertia Gallorum separentur. ipsam Rheni ripam haud dubie Germanorum populi colunt, Vangiones Triboci Nemetes. ne Ubii quidem, quamquam

---

XXVIII. 1. *validiores* (sc. quam Germanorum). *summus*, geloofwaardigste; vgl. Caesar B. G. VI, 24, 1; fuit antea tempus, cum Germanos Galli virtute superarent.
2. *etiam*, slaat op 27. 10.
3. *amnis*, de Rijn.
4. *ut quaeque gens*, telkens als. *evaluerat*, vgl. 2, 19.
5. *promiscuas* = communes. *adhuc*, toen nog.
6. *Hercyniam silvam*, volgens Caesar B. G. VI. 25. reikte het van de bronnen van den Donau tot aan de grenzen van Dacië; hier niet meer aan die uitgestrektheid te denken, maar alleen aan het Z.-Westelijk gedeelte. *Moenum*, Main.
7. *Helvetii*, reeds voor den tijd van Caesar werden zij naar het tegenwoordige Zwitserland verdrongen. *ulteriora*, verder Oostelijk. *manet* = restat.
8. *Boihaemum*, eig. woonplaats der Boii (Bohemen). *memoriam*, geschiedenis.
9. *mutatis cultoribus*, de Boii werden door de Marcomanni verdreven. *Aravisci*, woonden aan den rechter Donau-oever tusschen Weenen en den Raab.
10. *Osi*, woonden tegenover de Aravisci aan den linker Donau-oever. *Germanorum natione*, in tegenspraak met cap. 43.
13. *Treveri*, aan de Moezel, met de hoofdstad Augusta Treverorum (Trier). *Nervii*, woonden tusschen Maas en Schelde in het tegenw. Henegouwen, veroorzaakten Caesar veel last, vgl. Caesar B. G. II. 14. *circa*, met betrekking tot.
14. *affectatio*, aanspraak. *ultro*, ja zelfs. verg. Verg. Aen. II, 145.
15. *a similitudine et inertia Gallorum* = a similitudine inertium Gallorum.
17. *Vangiones*, in de buurt van het tegenw. Worms. *Triboci*, bij Straatsburg. *Nemetes*, bij Spiers. *Ubii*, vroeger wonende aan den rechter Rijnoever, door M. Agrippa in 39 v. C naar den linkeroever overgebracht; hoofdstad vroeger ara of oppidum Ubiorum sinds 48 n. C. Colonia Agrippinensis (Keulen) geheeten, vgl. Ann. XII. 27.

Romana colonia esse meruerint aċ libentius Agrippinenses conditoris sui nomine vocentur, origine erubescunt, transgressi olim et experimento fidei super ipsam Rheni ripam collocati, ut arcerent, non ut custodirentur.

29. Batavi. Mattiaci. Tiendplichtige landen.

XXIX. Omnium harum gentium virtute praecipui Batavi non multum ex ripa, sed insulam Rheni amnis colunt, Chattorum quondam populus et seditione domestica in eas sedes transgressus, in quibus pars Romani imperii fierent. manet honos et antiquae societatis insigne; nam nec tributis contemnuntur nec publicanus atterit: exempti oneribus et collationibus et tantum in usum proeliorum sepositi, velut tela atque arma, bellis reservantur. est in eodem obsequio et Mattiacorum gens: protulit enim magnitudo populi Romani ultra Rhenum ultraque veteres terminos imperii reverentiam. ita sede finibusque in sua ripa, mente animoque nobiscum agunt, cetera similes Batavis, nisi quod ipso adhuc terrae suae solo et caelo acrius animantur.

Non numeraverim inter Germaniae populos, quamquam trans

---

18. *meruerint*, door hun welwillende gezindheid jegens de Romeinen.

19. *conditoris*, Agrippina wist volgens Ann. XII. 27. van Claudius gedaan te krijgen, dat daar een Rom. kolonie werd gesticht.

20. *experimento fidei* = propter spectatam fidem. *super* = in.

21. *arcerent*, sc. alios Germanos.

XXIV. 1. *harum gentium*, sc. quae e Germania in Gallias commigraverint. *praecipui*, vgl. 6, 20.

2. *ex ripa* = ripae. *insulam*, niet alleen in de Betuwe, maar ook in Holland; Tac. spreekt niet over de Canninefaten, in Noord-Holland wonende. *Chattorum*, vgl. Hist. 4. 12.

3. *populus*, h. l. onderdeel van gens.

4. *quibus . . . . fierent*, conj. bet. dat het zoo door het noodlot beschikt was = worden moesten.

5. *tributis contemnuntur*, voor ita contemnuntur ut tributa pendant.

6. *atterit*, zuigt hen uit. *oneribus*, dativus; *onera*, geregelde bijdragen. *collationes*, buitengewone bijdragen. *in usum proeliorum*, de Batavieren moesten een ala en 9 cohorten leveren onder aanvoering van Batavieren; zij waren bekend als flinke ruiters en zwemmers.

8. *obsequio*, toestand van afhankelijkheid. *Mattiaci*, woonden bij den Taunus; Plinius N. H. 31, 2, 20 spreekt over warme bronnen in hun gebied (Wiesbaden).

9. *ultraque*, que explicatief, vgl. Ann. II. 88: apud scriptores senatoresque; de Rijn en de Donau waren sinds Augustus de grenzen.

10. *imperii*, hoort bij reverentiam.

12. *acrius*, sc. quam Batavi. *animantur*, een levendige geest, vurige moed hebben.

Rhenum Danuviumque consederint, eos qui decumates agros exercent: levissimus quisque Gallorum et inopia audax dubiae possessionis solum occupavere; mox limite acto promotisque praesidiis sinus imperii et pars provinciae habentur.

30. Chatti.

XXX. Ultra hos Chatti initium sedis ab Hercynio saltu inchoant, non ita effusis ac palustribus locis, ut ceterae civitates, in quas Germania patescit, durant si quidem colles, paulatim rarescunt, et Chattos suos saltus Hercynius prosequitur simul atque deponit. duriora genti corpora, stricti artus, minax vultus et maior animi vigor. multum, ut inter Germanos, rationis ac sollertiae; praeponere electos, audire praepositos, nosse ordines, intellegere occasiones, differre impetus, disponere diem, vallare noctem, fortunam inter dubia, virtutem inter cetera numerare, quodque rarissimum nec nisi Romanae disciplinae concessum, plus reponere in duce quam in exercitu. omne robur in pedite, quem super arma ferramentis quoque et copiis onerant: alios

---

14. *agri decumates*, i. p. v. het gewone agri decumani, tiendplichtig land tusschen Rijn, Main en Neckar.
15. *exercent* = colunt. *dubiae*, onzeker, daar het bloot stond aan den aanval der vijanden.
16. *limes*, eig. de door een greppel gevormde grenslijn tusschen twee landen; h. l. de bekende grenswal, die zich uitstrekte ten Z, van Keulen langs de rechter Rijnoever tot aan de Donau, waarvan nog resten over zijn, de z.g. Teufelsmauer.
17. *sinus*, h. l. voorland. *provinciae*, dit tiendplichtige land behoorde gedeeltelijk tot Germania superior, gedeeltelijk tot Raetia, waartoe ook Vindelicia behoorde.

XXX. 1. *ultra hos*, n.l. van de Mattiaci en de bewoners der agri decumates; *Chatti*, woonden in het tegenw. Hessen. *initium .... inchoant*, vgl. initio orto Ann. 1, 39.
2. *effusis* = planis.
3. *si quidem*, daar toch.
4. *saltus .... deponit*, saltus als een persoon gedacht; Tacitus stelt het voor, alsof de menschen als 't ware naar de vlakte worden gedragen.
5. *stricti*, gespierd.
6. *ut inter Germanos*, voor Germanen.
7. *praeponere*, volgende infinitivi zijn een nadere verklaring van de ratio en sollertia.
8. *diem disponere*, den dag naar een vast plan indeelen. *vallare noctem* = noctu vallo se munire.
10. *concessum* = proprium.
12. *super* = praeter. *ferramentis*, allerlei ijzeren gereedschappen als bijlen, zagen, haken. *copiis*, mondvoorraad.

ad proelium ire videas, Chattos ad bellum. rari excursus et fortuita pugna. equestrium sane virium id proprium, cito parare victoriam, cito cedere: velocitas iuxta formidinem, cunctatio propior constantiae est.

31. Vervolg.

XXXI. Et aliis Germanorum populis usurpatum, raro et privata cuiusque audentia, apud Chattos in consensum vertit, ut primum adoleverint, crinem barbamque submittere nec nisi hoste caeso exuere votivum obligatumque virtuti oris habitum. super sanguinem et spolia revelant frontem, seque tum demum pretia nascendi rettulisse dignosque patria ac parentibus ferunt; ignavis et imbellibus manet squalor. fortissimus quisque ferreum insuper anulum (ignominiosum id genti) velut vinculum gestat, donec se caede hostis absolvat. plurimis Chattorum hic placet habitus, iamque canent insignes et hostibus simul suisque monstrati. omnium penes hos initia pugnarum; haec prima semper acies, visu nova; nam ne in pace quidem vultu mitiore mansuescunt. nulli domus aut ager aut aliqua cura: prout ad quemque venere, aluntur, prodigi alieni, contemptores sui, donec exsanguis senectus tam durae virtuti impares faciat.

---

13. *ad proelium . . . . ad bellum*, de Chatti denken niet alleen aan oogenblikkelijken strijd, maar ook aan de mogelijke gevolgen b.v. een langdurigen oorlog. *excursus*, staat tegenover nosse ordines = lichte gevechten door uitvallen.
15. *iuxta* = prope.
19. *constantiae*, gold voor een oud-Romeinsche deugd.

XXXI. 1. *et* = etiam; *usurpatum* is subj. = iets, wat ook bij . . . . voorkomt.
2. *audentia* = klass. audacia. *vertit*, h. l. intrans.
3. *submittere* = promittere.
4. *obligatumque virtuti oris habitum*, oris habitum quo se virtuti obligarunt, vgl. Hist. 4. 61 (Civilis); voor later tijd Paul. Diac, 3, 7.
5. *super sanguinem et spolia*, op de plaats, waar het bloed vergoten en de buit behaald is.
7. *ignavis et imbellibus*, cf. 12, 3. *squalor*, het ongeschoren, in 't wild groeiende haar.
8. *anulum*, de ring is het symbool der slavernij.
9. *plurimis* = permultis.
10. *habitus*, dracht. *insignes*, sc. squalore et ferreo anulo.
11. *monstrati*, sc. tamquam exemplaria virtutis. *haec . . . . acies* = hi primam aciem efficiunt.
12. *nova* = insolita. *vultu mitiore mansuescunt*, feritatem deponunt vultum mitiorem gerentes.
13. *aliqua cura* = alicuius rei cura.
14. *donec*, met de conj. cf. c. 1. 9.
15. *exsanguis* = defecta.

32. Usipi en Tencteri.

XXXII. Proximi Chattis certum iam alveo Rhenum quique terminus esse sufficiat Usipi ac Tencteri colunt. Tencteri super solitum bellorum decus equestris disciplinae arte praecellunt; nec maior apud Chattos peditum laus quam Tencteris equitum. sic instituere maiores, posteri imitantur. hi lusus infantium, haec iuvenum aemulatio: perseverant senes. inter familiam et penates et iura successionum equi traduntur: excipit filius, non ut cetera, maximus natu, sed prout ferox bello et melior.

33. Bructeri. Chamavi. Angrivarii.

XXXIII. Iuxta Tencteros Bructeri olim occurrebant: nunc Chamavos et Angrivarios immigrasse narratur, pulsis Bructeris ac penitus excisis vicinarum consensu nationum, seu superbiae odio seu praedae dulcedine seu favore quodam erga nos deorum; nam ne spectaculo quidem proelii invidere. super sexaginta milia non armis telisque Romanis, sed quod magnificentius est, oblectationi oculisque ceciderunt. maneat, quaeso, duretque gentibus, si non amor nostri, at certe odium sui, quando urgentibus iam imperii fatis nihil praestare fortuna maius potest quam hostium discordiam.

